

OPVS AD AL- BUM.

Ecce brevissimum & optimum & levissimum opus, ad faciendum medicinam penetrativam & fixam, super 80. partes Mercurii crudi, bene loti ad lunam verissimam transcendentem omne iudicium, examinis in sæcula seculorum. Recipere ergo in nomine Iesu Christi .j. lb. vitrioli Romani viride & .j. lb. Aluminis jameni, vel plumosi. lb. .j. sal niter. .j. lb. tere indolibet per se, vel sic. R. .j. lb. vitrioli communis. .j. lb. sal ter, & cinobrii .j. fertone tere ut supra, subtiliorimodo quoteris. Deinde commisce ea simul, super lapidem terendo rtissime. Tunc pone prædicta in aludel vitreo alembico, supra posito clausis mēbris, per optime lutatis, ut nullo modo spiret, & fac sub eadem materia. Primo lentum ignem, postea meliorem, prima tollens aquā, deinde secundam, quod altius valoris est. Postea tertiam aquam cum igne fortissime accipe, Tunc exhibit aqua tertia præciosissima, citrinans, & perforans manum & dissolvens omnia metalla, & omnes lapides præciosos, penetrans, & omnia mundans. Cujus laudes numerabiles sunt, & incognitæ hominibus, in cuius occultorum thesauri jacent, seculares. Hanc autem aquam cautes, quando incipit alembicus citrinari. Qui vero novit ejus secretum, sciat se habere viam perfectissimam totius artis. Est enim via regum & principium, & hoc propter levitatem, & firmam stabilitatem perfectionis, & in iudicio examinationis, quod hoc Dei auxilio ex scriptis & laboribus manifestatur. Receptaculum, de calcinatione fiddæ cum aqua corrosiva. Accipe laminas fiddæ purissime subtiliter laminatæ ad similitudinem calami aut denarii, ad longitudinem ventris sole, & ad latitudinem oris eius, ut possit intrare. Hoc servando ut sint 4. partes aquæ respectu fiddæ, id est, super 2. lot. fiddæ. 8. lot. barnaas. Cumque imposuisti lunam in aquam, laude os vitri bene, & pone ad calcinandum in cineribus calidis per dimidium diem, ut fidda solvatur in aquam albam. Tunc depone & permitte stare per dimidium diem. In promontu habeas quoque Mercurium quem similiter inpone in aquam in alio vitro, ut & ipse solvatur in aquam albam, servato momento superiori in claudendo vitrum, & in pondere aquæ.

Yyy 4